Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



cc xxxi

In illo t. Maria magdalena. & maria iacobi & salome.
emerunt aromata. ut uenientes ungerent ihm. Et ualde
mane una sabbatorum. ueniunt ad monumentum orto iam
sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem.
ab hostio monumenti. Et respicientes. uiderunt reuolutum
lapidem. Erat quippe magnus ualde. Et introeuntes in mo
numentum. uiderunt iuuenem sedentem in dextris cooptum sto
la candida. & obstupuerunt. Qui dicit illis. Nolite expa
uescere. Ihm queritis nazarenum crucifixum. Surrexit. non est
hic. Ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite dicite discipulis eius
& petro. quia precedet uos in galileam. Ibi eum uidebitis
sicut dixit uobis. feria ii t Actuum aplorum

In diebus illis. Stans petrus in medio plebis dixit. Uiri fratres.
uos scitis quod factum est uerbum per uniuersam iudeam incipi
ens enim a galilea post baptismum. quod predicauit iohes ihm
a nazareth. quomodo unxit eum deus spiritu sancto. & uirtute. Qui per
transiuit benefaciendo & sanando omnes oppressos a diabolo.
quoniam deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium que fecit in
regione iudeorum et ihrusalem. Quem occiderunt suspendentes
in ligno. hunc deus suscitauit tercia die. & dedit eum ma
nifestum fieri non omni populo. sed testibus preordinatis a deo. nobis
qui manducauimus & bibimus cum illo postquam resurrexit a
mortuis. Et precepit nobis predicare populo & testificari. quia ip
se est qui constitutus est a deo iudex uiuorum & mortuorum. huic
omnes prophete testimonium perhibent. remissionem peccatorum accipe
per nomen eius omnes qui credunt in eum. S. lucam.

In illo t. Duo ex discipulis ihu ibant ipsa die in castellum
quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab ierusalem. nomine emaus.

225